

**G** effet q̄ in mixto residente circa medium dominantur quo ad molem terræ, & aqua, ut testatur Arist. in 4. Meteo. & sic ex utroq; fit una causa totalis; & ita grauitas terræ est minor illa quæ est i plumbio. Aut aliter grauitas terræ, q̄ simplicium, dicitur summa intensiue, & quia est principij grauitatis. In aliis tamen, non plus temp̄e grauitat terra ceteris paribus, quam mixtu, unde aqua est intensiue frigidior, opio, tamen plus infrigidat opium, quam aqua, & flamma est calidior intensiue ferro ignito, non tamē plus calefacit. Ad 10. insequitur multitudinem formæ quæ plura est in pluri materia. grauisimum ergo omnium est inter simplicia elementum terræ, quoniam dum est extra locum sui mouetur ad concauam aquæ, non secundum q̄ est finis aquæ, sed in quantum est medium totius, nam nisi ita esset, sequeretur q̄ in quacumq; distantia esset aqua, terra moueretur ad aquam, sicut ferrum ad magnetem, quod tamen non uidemus, ut scribit Cō. 4. Phy. cō. 42. Ratio autem est, quia superficies concava aquæ, non est locus formalis terræ, absolute considerata, sed ut concernit talem & tantam distantiam à Cœlo, & à polis mundi, unde si aqua esset in loco in quo est aer, terra non posset locari sub concava superficie eius, nec partes terræ mouerentur ad totū, ut dicit in simili Arist. in 4. Cœli, & mundi. in tex. cō. 22. q̄ si terra esset sub luna, partes non mouerentur ad totum. nam si partes terræ mouerentur ad totam terram, non mouerentur ad totum ratione qua totum, sed ratione loci, in quo totum est locatum naturaliter, nam idem est locus consuetiū totius, & partis. Et aduerte q̄ Com. 4. Cœli, & mundi. cō. 22. dicit q̄ Arist. nocauit ultimam superficiem aquam, quæ est locus terræ, medium mundi, & concuum lunæ, quod est locus naturalis ignis, appellauit illud ultimam siue extremam, nam tex. hēt extremū, & mediū. ubi habes q̄ concuum aquæ & medium mundi sunt idem subsiecto, & non differunt nisi ratione, nam tale non locat terram, ratione qua concuum, sed ratione qua est medium totius, & per hoc multas arguitas euitabis, de loco terræ.

**Prop. 27.** Elementum est ex quo fit aliquid, ut in existēte in diuisibile, secundum speciem in aliam speciem.

**A** duerte q̄ ista descriptio ponitur ab Arist. 5. Meta. tex. com. 4. Extat etiam alia descriptio elementi, posita ab eodem. 7. Meta. tex. cō. ult. ubi dicitur, elementum est in quod diuiditur, inexistens, ut in materia, ut puta syllaba, ut quod, B, & A. Extat etiam alia descriptio elementi, posita ab Arist. in 3. Cœli, in tex. cō. 31. ubi scribit, si itaq; elementum illud corpora, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu, hoc n. utro modo, adhuc ambiguum est. A duerte igitur, q̄ ubi est multiplicitas, ibi est cōfusiō apud intellectum, ut scribit Philosophus in 1. Cœli, & mundi. tex. com. 10. Scias igitur, q̄ elementa rerum existentiū in actu, quæ dā sunt in actu, & quæ dā sunt in potentia, ut scribit Com. in 2. Met. cō. 20. illa elementa dñr in actu, q̄ dissoluto composito remanent in actu, sicut dissoluto mixto, dicuntur remanere quatuor corpora simplicia secundum Auic. & Auer. unde mixtioni non opponitur corruptio, sed dissolutio, ut dicit Com. in 2. de generatione, & corruptio, in cō. 48. mixtio n. nō est generatio, sed est miscibilium alteratorum unio, ut scribitur in fine primi de generatione, & corruptio. Elementa autem in potentia, dicuntur illa q̄ corrupto cōposito non remanent actu abinueniem separata, sed sic se habent, sicut elementa ex quibus cōponuntur corpora simplicia, uidelicet, prima materia & forma, quia in talibus forma corrumpitur, & materia induit aliam formam, unde Com. in 3. Cœli. cō. 31. inquit, quod elementū quoniam dicitur de elementis corporū simplicium, quæ nō sunt corpora, ut prima materia, & forma simplex, & de elementis q̄ sunt corpora, q̄ sunt elementa mixtorum corporum. Nota tiam, q̄ ut scribit Cō. 5. Meta. cō. 4. elementum, principium, & causa differunt, quia elementum solum dicitur de causis intrinsecis, & dignus dicitur de materia, principium autem de causis extrinsecis, causa autē est minoris ambitus, q̄ principium, quia omnis causa est principium, nō

autem omne principium est causa, quia principium etiam dicitur de priuatione, quæ est principium transmutationis, & etiam dicitur de quatuor simplicibus, elementum autē ideo secundum Auer. digniori modo dicitur de materia, quia elementū diffinitur p esse, id ex quo fit aliquid, famosior autē ex significationibus est, ut testatur Com. 5. Meta. cō. 29. est quādo dicitur de causa materiali, unde etiā materia. 2. Phy. tex. cō. 31. isto modo describitur iudicet, materia est id ex quo fit aliquid inexistente, & aduerte q̄ materia prima, sicut est prima in uia compositionis, ita est ultima uia resolutionis, ideo definitio illa datur. 5. Meta. tex. cō. 4. p̄cipue uerificatur de prima materia in uia compositionis, quæ est id ex quo fit aliquid, ut inexistente & cetera, sed quia in uia resolutionis forma corrumpitur, & materia remanet, tunc definitio elementi posita. 7. Meta. tex. cō. ult. q̄ dicit, elementū est in quod diuiditur inexistens, ut in materia, nō n. isto modo cōposito in uia resolutionis diuiditur in formā, ut in principij inexistens, quia in resolutione forma corrumpitur, & materia remanet, licet sub alia forma, unde alio, & alio modo diffinitur elementi secundū quod diuersimode apprehenditur ab intellectu, uel in uia resolutionis, uel in uia compositionis, sicut in simili dux dantur diffōnes de cōtinuo, una est illa q̄ datur in predicamento, continuū est cuius partes copulantur ad unū terminum, & ista est, considerando continuū in uia compositionis, & talis diffinitio est dialectica, quæ datur per formā, unitas n. continuū, est quæsi forma totius, ham. 5. Meta. tex. com. 19. substantia cuiuslibet quod semel, ut sex femel sex, unitas n. attestatur forme, quia forma est esse unū esse. Alia autē diffinitio datur de cōtinuo in uia resolutionis, & datur per materiā, & ideo est naturalis, quia. de Anima. tex. cō. 16. Phisicus diffinit p materiā, & dialecticus p formam & ponitur. 1. Cœli, & mundi. tex. cō. 22. continuū est, quod est diuisibile in seip̄ diuisibilia, nō talis diffinitio datur partes q̄. 2. Phy. tex. cō. 31. reducit ad materiā & Cō. 7. Meta. cō. 33. inquit, prioritas partiū ad totū, est prioritas materiæ ad formam. Tertia autē diffinitio elementi, est respectu elementorum q̄ sunt corpora, & illa datur ab Arist. 3. Cœli & mundi. tex. cō. 31. ubi dicit, si itaq; elementū illud corporū, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu, hoc enim utro modo, adhuc ambiguum est. Et aduerte q̄ cōtinuo potest dici elementū isto modo, quia licet non ingrediat formaliter compositionē corporis mixti, tamen est de partibus q̄ sunt integrate uniuersæ, unde Arist. in principio tertii de Cœlo, & mundo nuncupat ipsum primū elementū, est n. principalissima pars q̄ est de integritate uniuersæ. Et aduerte q̄ elementa q̄ sunt in mixto quæq; à Plis dñr esse in potentia pro quanto nō sunt in esse libero in priis locis, sed sunt in esse ligato, unde appetunt ire ad sua loca, ut patet. 2. Cœli, & mundi. tex. cō. 37. ubi Cō. scribit q̄ elementa pp contrarietate q̄ habent inuicē in mixto transmutant in uicem, & quā non sunt in suis locis appetunt separationem, & reuertunt ad sua loca. Et ex illo loco patet error Thomæ de Garbo, in summa sua, & multorū medicorum assentium q̄ si humido substantificum aquæ perfectū reparari posset assidue, qd̄ tunc uita hois posset perpetuari, peccat quidē, sicut uidetes ratio p fallaciā consequentis, quia essent adhuc alie causæ suæ corruptionis, nam elementa sunt in mixto uolenter, & appetitu naturali appetunt cōiūne separationem, & reuertunt ad sua naturalia. nō nullum uolentū perpetuum, ex. 2. Cœli. tex. com. 8. & nullus appetitus naturalis est ociosus in natura, quia Deus & natura nihil frustra faciunt, & ideo sub illa ratione dñr esse in potentia, quia sunt ligata. Tum etiā quia sunt refracta, aut in qualitatibus tñ ut tenuit Auicē, aut in qualitatibus, & substantiis, ut tenuit Cō. 3. Cœli. cō. 37. non tñ conuertit ista, q̄ licet elementum sit in potentia in re, cuius est elementum q̄ omnino quod est in potentia in alio quod sit elementum illius, est enim locus consequentis, quia uniuersalis affirmatiua ex primo Priori non cōuertitur in terminis, sed in partē, est n. instantia ultra hoc, nā fex est in potentia in oleo & uino, non tamen dicitur q̄ est elementū eorū, glōssa est Auer. in 2. Colligat. ca. 1. Et aduerte etiam q̄ talia elementa q̄ sunt in mixtis

Differētia est inter principium causam & elementum.

K  
Dicitur  
L  
Ceterum  
M  
Elementum  
Ceterum  
Sicut  
medicorum